

agnoscere, laudandus profecto, sive quia veritati studes, que rebus omnibus preferenda est, sive quod historie notitia tantopere delectaris ut domesticis non contentus etiam externa requiras. est autem in historia simul cum iocunditate fructus plurimus, valetque
 5 magnopere rerum gestarum frequens cognitio^(a), tum ad peritiam gerendarum augendam^(b), tum ad satietatem minuendam iugiter concomitantium^(c) tedium. decet autem omnes homines, sed eos precipue qui magnis administrationibus^(d) presunt, ad utrumque conari laborareque^(e) summo studio ut sciant se quidem inprimis^(f);
 10 deinde, si quibus forte est in alios imperium, etiam subditos optimis rationibus regere, ac per honestas delectationes, quantum fieri potest, sine molestia vitam agere^(g); te^(h) vero ante omnes, qui in supremo rerum culmine constitutus es, et⁽ⁱ⁾ qui magna semper animo volvis, curare convenit Alexandri Magni opera, que haud dubie magna
 15 fuerunt, certius agnoscere, et que ex eis digna sunt laude, ea non tam^(k) palpitando sectari velle quam precurrendo superare. sed et michi quoque non est visum alienum, preter causas alias, que me ad hoc vel impulerunt vel coegerunt; nam, te quidem iubente, necesse erat parere; ut in honorem quoque scriptoris, qui Latinus
 20 fuit^(l), laborem hunc non invitatus assumerem, et que de rebus Grecorum grece scripsit, in latinum Latinus transferrem, illumque^(l) tibi traditum^(a) et michi per te commendatum, Latinis vero prorsus incognitum, tandem quasi longo postliminio in patriam revocarem et suis utcumque darem^(m) agnoscendum⁽ⁿ⁾. qua in re licere michi
 25 sum arbitratus, tibi vero non futurum ingratum certus sum, si plano ac pene vulgari stilo sensus tantum, non verba transferrem,

che ama la verità, e prova diletto nella storia anche di cose straniere; che, oltre ad essere dilettevole, la storia giova per acquistare perizia nei maneggi pubblici, e lenisce i fastidi che ognora ne sopravvengono.

E se fa d'uopo che tutti gli uomini e massime quelli che hanno autorità, conoscano se stessi, reggano saviamente i sudditi, e vivano senza noia e con diletto,

ancor maggiormente conviene che egli, il cui animo si volge sempre alle grandi imprese, abbia sicura notizia delle gesta d'Alessandro Magno, onde poter superarle nelle azioni lodevoli.

Nè, a tacere del comando imposto-gli, fu sconveniente che il V., latino, s'assumesse la fatica di far conoscere comechessia ai Latini un loro autore che scrisse in greco di cose greche, e dopo lunga assenza, di restituirlo alla patria sua.

Lecito però gli parve, nè Sigismondo lo avrà discaro, il darne solo il senso con istile quasi volgare,

(a) BPG frequens recordatio (b) Par. om. augendam (c) B iugiter cum concomitantium P cum comitantium G in marg.: «concomitantium nam uterque codex errat». (d) BPG qui magis adm. (e) BPG laborari que (f) BPG inprimis, si forte est (g) BPG delect. vitam agere, quant. fieri pot. sine (h) B tu mano più recente corr. in tibi G tibi (i) BPG om. et (k) Par. om. tam (l) BPG illud que (m) G suis utrumque dare (n) BPG cognoscendum

(1) Chiamando Arriano «latinus», il V. vuol forse alludere al fatto che lo storico, pur essendo nato a Nicomedia in Bitinia verso il 95 d. C. era cittadino Romano, atteso che il padre aveva già conseguito la cittadinanza.

Arriano fu «consul suffectus» tra il 121 ed il 124, e dal 131 al 137, quale «legatus Augusti pro praetore», governò la Cappadocia per Adriano.

(2) Che il testo sia stato offerto all'imperatore nel 1433, quando andò a Roma?